



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Semicenturia Variarum Resolutionum Moralium Pro Foro Interno, Atque Externo

Heislinger, Anton

Monachii, 1745

Casus XXIX. De amotione Vicarii manualis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40155



Casus XXIX.

De Amotione Vicarii manualis.

Quidam Prælatus Regularis plures in Parochiis suo Conventui unitis Vicarios numerabat, quorum tamen nullus ab Ordinario institutus fuerat: Illorum igitur unum cæteros suos collegas concitavit, ut sui institutionem ab Ordinario expeterent, Prælatus de hac re certior factus omnes Vicarios amovere constituit?

Quær. 1. An, & quænam parochiæ Vicarium manualem admittant?

Quær. 2. Qua ratione beneficia manualia ad nutum sint auferibilia?

Quær. 3. An prædicti Vicarii validè, & licitè amoveri poterint?

Synopsis.

§. I.

Resolvitur primum
quæsitum.

An, & quænam parochiæ Vicarium manualem admittant?

1. Pro perpetuitate omnium beneficiorum rationes afferuntur.
2. Prædictæ parochiæ omnes beneficii qualitates videntur habere.
3. Beneficia dividuntur in regularia & sæcularia.
4. In manualia & perpetua.
5. Regularia ex natura sua sunt manualia, & sæcularia perpetua.
6. Ipsa tamen quædam sæcularia præter suam naturam sunt manualia.
7. De ratione beneficii ut sic non est esse perpetuum.

Qq

8. Qua-

8. Qualis parochia cum Conventu unita Vicarium manua-
lem admittat.
9. Nec sublatum jus Prælato fu-
it, si sola jurisdictio spiritualis
Ordinario in talē parochiam
competit.
10. Talis requisita unio paro-
chiæ cum Conventu ex lite-
ris unionis, vel ex certa con-
suetudine probatur.

§. II.

Resolvitur secundum
quæsitum.

*Qua ratione beneficia manualia sint
aufferibilia?*

11. Beneficium manuale absque
ulla legitima causa ad vo-
luntatem conferentis revo-
cari potest.
12. Taliter amotus Vicarius
conqueri contra Conven-
tum non poterit.
13. Manualis Beneficiarius est
juxta honestatem tantum
removendus, si oportuerit.
14. Qui removendo utitur jure
suo, remoto non infert in-
juriam.

15. Taliter spoliatus non potest
implorare officium judicis.
16. Actio spoli à Juribus so-
lùm conceditur, quando
injuria in spoliatum fuit com-
missa.
17. Revocatus apud Superio-
rem ad summum potest a-
gere, ut hic ex officio ma-
litosam remotionem impe-
diat.
18. Amotio sine causa facta sub-
sistit, est tamen illicita.
19. Erit autem causa rationa-
bilis non sola Beneficiati
culpa, sed quæcunque uti-
litas aut commoditas Eccle-
siæ, aut Religionis in Regu-
laribus.
20. Qualis semper præsumen-
da, quamdiu de illius mali-
tia non constat.
21. Quæ in tribus circumstan-
tiis apparebit.

§. III.

Resolvitur tertium
quæsitum.

*An prædicti Vicarii validè amove-
ri poterint?*

22. Ex

22. Ex hæcenus declaratis Corollaria deducuntur.
 23. Vicarium cum reliquis suis Vicariis esse manualementem.
 24. Et tam validè, quàm licitè in istis circumstantiis amovendos.

§. I.

Resolvitur primum
quæsitum.

An, & quanam Parochia Vicarium manualementem admittant?

QUOD nullus Vicariorum istorum amoveri à sua parochia possit, ex eo videtur constare, quòd sint Beneficiati; Beneficiati autem ad nutum non sunt amovibiles; beneficium enim definitur esse jus spirituale perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis. Ita Azor. 2. part. Instit. moralium. lib. 3. c. 1. q. 2. Lessius lib. 2. de Just. 6. 34. dubit. 2. n. 1. Toletus, Gonzalez, Garzias, Vasquez, Palao.

Prædictas autem parochias habere rationem veri beneficii, ex eo probatur, quòd habeant omnes ad beneficium requisitas qualitates; Nam primò. Illæ

fuerunt erectæ autoritate Episcopi, cum nullus privatus potestatem habeat annectendi jus percipiendi fructus alicui spirituali officio annexos.

Secundò. Hoc jus habet connexionem cum munere & officio spirituali.

Tertiò. Istæ parochiæ solis Clericis possunt conferri, uti ad beneficium spirituale requiritur in cap. cum adeò de rescriptis. eò quòd Laici spiritualis cujusdam juris sint incapaces.

Quartò. Parochiæ memoratæ ab Ecclesiastica persona, Prælato scilicet regulari, sunt collatæ.

3. Hæcenus allata, si vera omnia essent, faverent Vicariis; verùm si divisionem beneficiorum in suas species consideremus, videbimus, vel non omnia beneficia esse perpetua, vel quæ non sunt, non esse propria beneficia. Nam beneficia dividuntur in Sæcularia, & in Regularia: hæc Religiosis tantùm sunt conferenda: illa per sæculares reguntur, & administrantur. Ita Azor. part. 2. lib. 3. cap. 1. q. 4. & lib. 3. c. 26. q. 1. Lessius lib. 2. c. 34. dub. 10. Garzias tract. de benefic. part. 1. cap. 6. num. 12.

Q q 2

Pa-

Palao *de benefic. disp. 1. pu. 2. n. 2.* docet autem quotidiana experientia Regulares à suo Prælato ad regendas monasterio unitas parochias ad nutum esse amovibiles.

4 — Ulteriùs dividuntur in manualia & non manualia, hæc sunt, quæ pro voluntate conferentis tolli possunt ex aliis causis, quàm à jure permissis. Non manuale seu perpetuum est, quod tolli non potest, nisi ex causis à jure concessis. Glossa in *Clement. etsi principalis*: verbo: *Electio. de rescriptis.* & *Clement. Quia Regulares de supplenda negligentia Prælatorum.* Azor. *part. 2. Instit. moralium. lib. 3. cap. 1. q. 4. §. quasito.* Palao *n. 4.*

5 — Insuper juxta capit. *praterea dist 33. cap. veniens*: cum ibi notatis *de filiis Presbyterorum*: beneficia Regularia ex natura sunt manualia, Sæcularia econtra ex natura sunt perpetua.

6 — Juxta Azorium tamen *part. 2. Instit. moralium. lib. 3. c. 26. q. 15.* Sanchez *lib. 7. moralium. cap. 29. n. 104.* Rebuff. Cassiodorum: quandoque etiam beneficia sæcularia præter sui naturam sunt

manualia, & ad nutum conferentis aufferibilia.

Cùm itaque quædam beneficia sint manualia, & nequaquam perpetua hinc infertur, de ratione beneficii ut sic, vel non esse perpetuitatem, vel manualia non esse propriè dicta beneficia.

Ut decidamus igitur, an nostri Vicarii sint veri Beneficiati & perpetui, vel solum manuales, & ad nutum amovibiles, duo erunt examinanda, Primùm quænam beneficia sint manualia. Dein utrum dictæ parochiæ qualitates ad manuale beneficium requisitas habeant vel non; & cùm agamus de parochiis Conventui Regularium unitis, hinc ante omnia videndum, qualiter unitæ debeant esse tali Conventui, ut manuales in illis Beneficiati constitui possint.

Juxta *Clement. 1. verbo ad mensam.* & *Clement. 3. de supplenda negligentia Prælatorum.* quando beneficium est unitum mensæ Abbatis, monasterii, aut Prælati, quia Abbas, aut Prælati deservit beneficio per se aut per suos familiares, vel alios, & ipse percipit fructus beneficii in soli-

solidum, & solvit stipendium pro suo libitu servientibus, tunc, quia beneficium censetur unitum in spiritualibus, & Prælatus est verus Rector, & beneficium nunquam vacat, potest Prælatus ipse, Abbas, vel Abbatisa facere ipsi deservire per Vicarium ad nutum amovibilem.

9 Secundò. Etsi parochia quoad jurisdictionem spiritualem Ordinario sit subjecta, si tamen Prælato Regulari cura animarum in spiritualibus & temporalibus pleno jure subjecta sit, Vicarius ad nutum amovibilis in illa constitui poterit.

10 Taliter autem unitam Conventui aliquam parochiam esse probatur ex verbis unionis, tum etiam ex modo & consuetudine deserviendi, quæ vel debet esse immemorialis, vel exhibitio titulo unionis quadragenaria: Ita Riccius in sua praxi, tom. 1. p. 2. resol. 293. citans Rebuff, Ancharan. consil. 162. Oldrod. consil. 269. Felin Mascand. in tract. de probatione. lib. 1. Conclus. 179. & lib. 3. Cons. 1413. n. 11. hactenus vidimus, dari quædam beneficia manualia, nunc ulterius restat examinandum,

§. II.

Resolvitur secundum Quæsitum.

Qua ratione beneficia manualia ad nutum sint auferibilia?

DIco, absque ulla legitima causa beneficium manuale ad nutum, & ad voluntatem conferentis validè revocari posse, ita ut reinotus adversus conferentem, nequaquam conqueri possit. Ita apud Palao *disp. 1. de benef. pu 5 n. 3.* sentiunt Gonzalez: Thomas Sanchez. Lessius. Azor. Nicolaus Garzias. Suarez cum innumeris aliis à Gonzalez relatis *ad Reg 8. Cancellariæ. Gloss. 5. §. 6. n. 40* Prob. Beneficiatus nequit beneficium retinere pro longiore tempore, quàm pro quo istud illi fuerat concessum: sed fuerat illi concessum pro illo duntaxat tempore, quo non fuerat revocatum: ergo ultra istud tempus non poterit retinere. Prob. min. Beneficium manuale illud dicitur, quod amoveri potest ad nutum

Qq 3

&

& voluntatem conferentis, ita ut hæc sit qualitas beneficii manualis.

Confirm. Juxta Legem Imperator. Legem statu liberi 25. §. Seichum ff. de Legatis 2. dō. Possessio pro tempore limitato concessa illo transacto cessat: atqui manuale fuit concessum pro tempore, quo non fuerit revocatum, & hoc tempus facta revocatione cessat. Prob. 2 dō. Beneficium perpetuum & manuale in eo inter se differunt, quod illa absque legitima causa auferri nequeant, prout tamen auferri possunt manualia: ergo debent ista ad nutum auferibilia esse ab ipso conferente. Prob. conseq. si etiam requireretur aliqua causa ad revocationem beneficii manualis, nullum esset discrimen inter perpetuum & manuale beneficium: ergo cum hoc discrimen ab omnibus assignetur, non erit necessaria quædam causa in beneficiis manualibus.

Confirm. 2. Posse ad nutum auferri, est idem ac posse liberè auferri; sed qui ex causa tantum possunt auferri, non possunt liberè auferri: ergo ad nutum

auferibile non erit tantum auferibile ex causa.

Confirm. 3. In Clementina unica: §. præmissa de supplenda negligentia Prælatorū: habetur de manuale beneficiū regularē habētibus: liberè possunt ad claustrum, cum oportuerit revocari, quia beneficium est manuale: ergo manualia beneficia liberè, hoc est ad arbitrium conferentis, & sine causa possunt revocari.

Quod autem ob taliter factam¹² revocationem amotus contra amotentem conqueri nequeat, etiam probatur. Cui nulla inferitur injuria, ille non potest conqueri: atqui manuali Beneficiato nulla inferitur injuria: ergo non competit illi querela. Confirmat. Reparatio illatæ injuriæ duntaxat à Superiore est expectanda: ergo cum Beneficiato manuali per hoc nulla injuria fuerit illata, non potest ullius injuriæ reparatio à Superiore expectari. Ita Innocentius in cap. insinuante. sub n. 2. versu: *ctsi concurrerit casus, qui Clerici, & vocentes.*

Objic. Talis Beneficiarius est¹³ tantum revocandus, cum oportuerit: ergo sine omni causa ad
fo.

solum conferentis arbitrium non erit revocabilis. Prob. antec. ex cap. cūm ad monasterium: in hoc Abbati datur facultas removendi Religiosum à beneficio, cūm oportuerit: ergo verum est antecedens. Prob. itaque etiam prior conseq. terminus hic oportuerit. insinuat quamdam necessitatem, aut causam, quæ exigat amotionem: ergo sine causa non poterit removeri. Confirmat hoc ex Clementina unica. §. præmissa: de supplenda negligentia Prælatorum. Resp. dist. antec. est revocandus, cūm oportuerit. ita ut hic terminus innuat tantummodo honestatem: concedo: ita ut plus quid innuat: nego antec. & conseq. ita Sanchez n. lxxi. loci citati.

14 Objic. 2. Jura non favent malitiæ, qui absque omni causa Beneficiatum à beneficio etiam manuali removet committit malitiam; ergo eidem jura non favent: ergo amotio est illegitima & invalida. Resp. Concessa maj. neg. min. Qui enim utitur jure suo, nullam committit malitiam. 2. dō. Beneficiatus accipiens sub conditione beneficii consentit in talem etiam sine

causa attentatam amotionem: volenti autem non fit injuria.

Objic. 3. Taliter spoliatus¹⁵ potest implorare officium judicis, & ut in integrum restituatur, expetere: ergo talis amotio est amotio injuriosa. antecedens probat Gonzalez, Glossa 3. §. 6. n. 62. in casu quodam, in quo taliter amotus per Episcopum ab Archiepiscopo, ad quem appellaverat, in integrum fuit restitutus. Resp. nego antec. in probatione concesso antecedente nego conseq. Ratio est, quod revocatio illius Beneficiati fuerit cassata ob populi utilitatem, qui Metropolitanum convenit, sibi ex amotione hujus Beneficiati grave damnum imminere conquestus: ergo revocationis causa non erat ipsius Beneficiati interesse, sed totius communitatis. Resp. 2. Ejusmodi amotionem & revocationem posse fieri illicitè, in quo casu Superior revocantis illam cassat, quod in allato exemplo contigit.

Objic. 4. Si Superior revocantis potest cassare revocationem saltem illicitè factam, tunc hoc ipso revocatus potest apud Superiorem agere actione spoliū: ergo

ergo verum est antecedens prioris argumenti. Resp. nego antec. Ratio est, quod juxta Suarezium *cap. 10. n. 21.* Sanchez plures referentem *lib. 7. in Decalog. cap. 29. n. 15.* Palaum *n. 8.* actio spoliij tantummodo à juri- bus concedatur. Quando in- justitia & injuria fuit in spolia- tum commissa: sed hæc non fuit commissa, prob. min. talis re- vocans utitur jure suo: ergo li- cèt malitiosè procedat, nullam alteri injuriam infert. Cùm igitur spoliatus pleno jure in bene- ficio subdatur spoliante, ideo adversùs spoliante[m] etiam ma- litiosè revocantem non poterit amotus agere ratione spoliij.

¹⁷ Objic. 5. Si malitiosè revo- catus ejusmodi Beneficiatus fu- erit, potest ille implorare offi- cium Superioris: ergo agere ac- tione spoliij. antecedens con- stat ex Innocentio in *cap. insinu- ante: sub n. 2. versu: etsi concurre- rit casus, qui Clerici vel voventes.* Resp. conc. antec. nego conseq. cùm revocatus ad summum pos- sit agere, apud Superiorem, ut ex officio malitiosam amotio- nem impediatur. Ita Innocentius loco citato, cui consentit Re-

buff. *tract. de pacif. possessor. num. 125. versu 2. intellige.*

Dico 2. Amotionem sine¹⁸ causa factam, etiamsi subsistat, fore tamen illicitam. Ita Inno- centius, Rebuff. Suarez *n. 6. loc. cit.* cum aliis. Prob. Omnis ac- tio humana debet fieri ob cer- tum finem, & ad aliquid hone- stum ordinari: ergo actio ad nul- lum honestum finem ordinata, illicita erit: sed revocatio Bene- ficiati sine causa facta non ordi- natur ad finem honestum, quia hic ipse foret causa: ergo erit il- licita. Confirm. Mutatio Bene- ficiatorum præsertim Cura- torum solet esse damnosa Ec- clesie: ergo sine causa omni non erit attentanda.

Dico 3. Causam rationabi-¹⁹ lem, quà subsistente fit licitè talis amotio, non esse solam culpam Beneficiati; sed quamcunque utilitatem, vel commoditatem Ecclesie aut ipsius Religionis, si Beneficiarius sit Regularis. Ita Palaus. Probatur, talis remotio non est pœna delinquentis Be- neficiati, aut actus justitiæ vindicativæ, sed actus prudentis regi- minis beneficii & subditorum.

Di-

20 Dico 4. Quamdiu non constat, quòd revocatio sit facta ex malitia, tamdiu pro Superiore revocante præsumptio stabit, consequenter à Superiore revocantis cassari non poterit. Ita Suarez lib. 3. cap. n. 20. Palao n. 5. Probatur, non sunt præsumenda mala: ergo &c. cum igitur rarò constare possit, quòd amotio Beneficiati Ecclesiæ, aut subditis non sit utilis, etiam rarò constare potest, quòd malitiosè revocaverit Superior.

21 Dico 5. De malitia revocantis constitutum in uno ex tribus istis circumstantiis. Primò, si accusatio, vel inquisitio in Beneficiatum fierent, & istis durantibus Beneficiarius amoveretur: Secundò, si consuetudo obtinuit, ut ante certum tempus Beneficiarius à beneficio sine culpa commissâ non amoveretur, ipse autem durante hoc tempore sine omni culpa amoveretur: tunc enim ejusmodi remotio cederet in Beneficiati infamiam: ac denique Tertiò, si Beneficiato instante adversùs ipsum conferentem Prælatum fieret inquisitio: facta enim tali tempore revocatio & amotio præsumitur

fieri malitiosè, atque ex animo vindictæ.

§. III.

Resolvitur tertium

Quæsitum.

An prædicti Vicarii validè ac licitè amoveri potuerint.

EX dictis constat 1. Vicari- 2 2
os temporales, ad nutum Abbatis, cui Vicaria est incorporata, amoveri validè posse. Constat 2. Vicarios temporales constitui posse, si Vicaria parochialis quoad mensam Monasterio, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus sit unita. Nunc videndum, num Vicaria controversa, Conventui taliter unita sit.

Constat 3. Vicarium investitum, ut vocant, à non investito differre per hoc, quòd ille ad nutum non sit amovibilis, bene autem non investitus. His suppositis.

Dico: Vicarium istum non esse 2 3
perpetuum, sed temporalem, consequenter eundem validè ad nutum Rectoris amovibilem esse.

R r

Con-

Conclusio probatur 1. Ex Confessione ipsius hujus Vicarii: constat etenim eundem ceteros suos Convicarios animâsse, & concitâsse, ut investituram procurarent, & investituram ab Ordinario expeterent: ergo fatetur se hac investitura carere: atqui carere investitura est esse ad nutum amovibilem: consequenter agnoscit se non esse institutum in hoc beneficio: ergo hoc beneficium non erit perpetuum, sed manuale: cum natura beneficii in dubio desumatur ex natura possessoris ultimi: & hinc deciditur beneficium esse Regulare, aut sæculare, si stante dubio, num sit Regulare, aut sæculare, ultimus Possessor fuerit Regularis.

Confirm. In similibus controversiis inspiciendus est tenor præsentationis ultimò locò, vel etiam anterioribus temporibus factæ: si enim in istis de collatione sine beneficio, & non in perpetuum fiat mentio, est illud pro manuali habendum: atqui ita habent præsentationes hujus Vicarii ergo &c.

Confirm. 2. Juxta Gonzalez de Beneficiis p. 11. c. 2. nùm, 15. Layman. in lib. 1. Decreta, tit. 10.

cap. 2. n. 6. perpetuus Vicarius investiri debet, quia Vicaria est perpetua: ergo à contrario, qui non est investitus, non est Vicarius perpetuus: ergo ad nutum amovibilis. Prob. 2. Unio beneficii ad mensam juxta dicta probatur ex verbis unionis, tum etiam ex modo & consuetudine deserviendi, quæ debet esse vel immemorialis, vel exhibito titulo unionis quadragenaria: atqui hæc dantur. Prob. min. quamdiu Conventus possidetur, semper per temporalem Vicarium fuit hæc parochia administrata: item cum alii Religiosi ex Ordine D. Benedicti, nec non Canonici Regulares Monasterium hoc inhabitarent, à Religiosis, qui utique erant manuales Vicarii, & ad nutum Abbatum amovibiles administrabantur: ergo semper erat Vicarius manualis temporalis. Prob. Beneficium Regulare per se est manuale, uti habetur in Clementina: Quia Regulares. §. præmissa. de supplenda negligentia Prælatorum. ex cap. ad Nostrum cap. porrecta. de Confirm. utili vel inutili. & ex cap. cum ad Monasterium. §. Tales de statu Monachorum: in his enim statuitur,

tur, ut beneficia Regularia ad Superioris nutum revocari possint: atqui hæc beneficia parochialia sunt Regularia. Probat. min. Talia sunt, quæ per se solis Regularibus Religiosis, ut ab his administrantur; conferenda sunt: atqui hæc sunt talia. Probat. m. dum Conventus hic Religiosus possidebatur à DD. Canonicis Regularibus, & RR. PP. Benedictinis erant talia, & modo non mutarunt suum statum: ergo adhuc sunt talia. Probat. min. per constitutionem & administrationem Vicarii temporalis absque institutione cum titulo non mutatur status beneficii: ergo non fuit mutatus: nec mutatus fuit status hujus beneficii ex eo, quod Monasterium hoc Societati fuerit assignatum, nam etiam nostri possunt tales Parochias administrare, prout docet Gallemart in *Declarationibus Tridentini ad Sess. 25. cap. 5. de Regul. n. 5. verbo deputentur. ibi: petentibus Jesuitis, in parochia Toletana in Monasterium erecta, &*

unita eorum Collegio gubernari possint à deputatis ab ipsis, modo sic approbatus ab Ordinario: consueverunt posse, sicut etiam Monachi possunt, si ad id approbentur.

Prob. ulterius: Qualitas beneficiis propria præsumitur inesse beneficiis, cum supponantur instituta secundum jus commune, & propriam naturam ipsorum: atqui qualitas beneficiis Regularibus propria est, ut sint manualia: ergo sunt: sed beneficium parochiæ hujus est Regularare: ergo eidem inest qualitas beneficio Regulari propria.

Neque dicant Vicarii amotionem non fore quidem invalidam, bene tamen injustam. Contra enim est, quod procuratio institutionis & perpetuitatis in hoc Vicariatu præjudicet juri Prælati Regularis & Conventus, cum his optabilius sit habere jus constituendi manualementem, quam Vicarium perpetuum.